

1670.

1. Cock, Gerhardus : De bonis impuberioris arrogati et
quarta bonorum arrogationis ei debita.

1668.

1. Kohnen, Rauens : De successione.

2. Schuen, Christianus : De matrimonio et morganaticam

1674.

1. Meierus, Hermannus : De pise.

2. Meierus, Hermannus : De charta blanca.

1676.

1. Herden, Nicolaus : De privilegiis immediatorum s. R. F.
procurorum sustentatis usq; de hustigie.

2. Schuen, Hermannus : Nonothenia Antioch - Gunteriana
glossata sive jura provincialis Darlingiae Trans-jaderae.

1679

1. Rhedey, Johanna, a : De alienatione

1692.

1. Thun, Caspar : De paenitentia iⁿ contractibus immunitatis

1695

1. Huydenius, Wilhelmus: De jure missatis

1702

1. Cocegus, Henricus: De jure corca nonisna.

2. Huydenius, Wilhelmus: De translatione iurium
defuncti in Haerlem. 1702 et 1758

1708

1. Rheden, Casparus, a: De jure handestario Bremerus.

1711

1. Rheden, Casparus, a: De matrimonio conjugis altero
conjugum auctue vivente.

1712

1. Rheden, Casparus, a: De embione specie et rei operatae

1713.

1. Rheden, Casparus, a: De paena cogitationum

2. Rheden, Casparus, a: De differentia bonorum multorum et
improbis.

1713.

3. Rheden, Casparus, a!: De Caroli II ... Romanorum
Imperatoris ... electione, coronatione et alio,
quae huc spectent.

1714.

1. Rheden, Casparus, a!: De exhortatione abesse cligio


2. Rheden, Casparus, a!: De lege Iulie miscella abrogata
et demiss revocata

3. Rheden, Casparus, a!: De virginis vidua epiusque farribus.

te

1





Pr. 17. num. 7. 1712.

6

DISSE^RTAT^IO JURIDICA
VALEDICTORIA,

DE

EMT^IONE SPEI
&
REI SPERATÆ,

Quam

TRIADIS Auxilio

sub

Moderamine ac Præsidio

VIRI Nobilissimi, Consultissimi atque Celeberrimi

DOM. CASPARI à RHEDEN,

J. U. D. ejusdem Facultatis Professoris P.

Præceptoris sui ad cineres usque
colendi,

ipublicè exhibet

GODEFRIDUS WOLPMAN,

Bremanus,

Auth. & Respond.

H. L. Q. C.

A. C. M. DCCXII. die XIX. Martii.

B R E M A,

Typis HERMANNI & BERTHOLDI BRAUERI, Illustris
Gymnaſii Typogr.





VIRIS

*Nobilissimo, Consultissimo, Florentissimi,
Integerrimi,*

DOM. DOM. FRIDERICO WOLPMANNO,
U. J. D. Causarum Patrono fidelissimo, Pa-
renti optimo, omni honoris & amoris offi-
cio prosequendo, imò ad extremum usque
vitæ halitum colendo.

DOM. DANIELI MEYERO, Mercatori flo-
rentissimo atque integerrimo, Avunculo suo
magno nunquam satis devenerando.

DOM. ARNOLDO WOLPMANNO, Ne-
gotiatori prudentissimo, Civique Hambur-
gensi spectatissimo, Patruo suo in perpetuum
venerando, colendo.

*Has studiorum suorum primitias
ea, qua par est, obseruantia*

*efferre
ac
consecrare
voluit
debuit*

AUTOR.



I. N. T. U.

Membrum I.

De

Emtione Spei & periculi generalia.

§. I.

Quemadmodum periculum est damnum detrimen- *Quid Spes?*
tumve aliquod, in eventum incertum transla- *quid peri-*
tum, seu quod metuitur, cuius exitus verò ad- *culum?*
huc dubius est, nec satis patet: Ita quoque Spes
merito describitur, quod sit commodum aliquod,
in eventum incertum collatum, seu quod speratur, de cuius
exitu itidem non constat. Hinc dicimus: pericula metuere
& commissa sperare. Nervosè hoc exprimit Tibullus Lib.
II. circ. fin. dumta de agricolis & mortalibus canit.

Jam mala finissim leto, sed credula vitam

Spes vovet, & melius cras fore semper ait.

Spes alit agricolas: Spes fulcis credit aratri

Semina, que magno frenore reddat ager.

Hec lqueo volvres, hæc capitat arundine pisces,

Cum tenues hamos, abdidit ante cibis.

Spes enim valida solatur compede vincum:

Crura sonant ferro, Spes canit inter opus.

§. II.

Utrumque scilicet periculum & Spes suam habere æsti- *Utrumque*
mationem satis liquet; sic æstimatione periculi, est æstimatione *æstimatio-*
ipsius damni in eventum incertum dubiumque existituri: Et *nem recipit.*
contra æstimatione seu taxatio Spei, est taxatio ipsius rei vel
commodi in eventum percipiendi. arg. L. propter Spem. 23. ff.

famil. ercise. ibi. nisi tantum estimatus sit dubius eventus. item L. nam
hoc modo 11. ff. d. hered. vel aet. vend. in illis verbis: quasi Spes
¶ ibi ipsum incertum. Baldus cons. 133. num. 3. vol. 3. pluresque
alii, quos citat Barbola in locor. commun. thesau. Lib. V. cap. 19. a-
xiom. 3.

§. III.

*Multum
tamen de-
trahit af-
fimationi in-
certitudo.*

Sic prouti periculi pretio multum detrahit incertitudo
damni, quod metuitur, per L. 13. §. ult. damn. infest. L. 3. §.
6. ff. Si cui plus quam per Legem Falcid. L. 66. ff. d. R. V. L. 61. D. de
contrah. emt. Ita Spei premium valde imminuitur propter in-
certum commodum & emolumentum. Unde prudens ac dili-
gens paterfamilias, quo major est incertitudo, eo minori emit
pretio, & quo magis periculum, eo magis dicit decrescere ali-
quid pretio: Sicuti quo major Spes commodi, eo premium ma-
jus, quo autem minor, eo vilius permanere premium autumat.
Exinde vera alea & eventus incerti estimatio suam trahit ori-
ginem. Optimè hoc cognitum perspectumque habuit Hanni-
bal Dux ille Carthaginem & terror Romanorum, cui, cum
ad aures ejus pervenisset, agrum illum, quem possederat,
eodem tamen die Roma in foro venditum fuisse, nihil ob id
mutato pretio, inde animus Romanorum invictus habitus
fuit, abjectisque ille omnem Spem urbis occupandi. Sicue
historia Romanæ Princeps Livius refert. Lib. XXVI. cap. 2.
*Minuere etiam Spem ejus, scil. potiundæ urbis Romæ, & alie parvæ
magnaque res. Magna illa, quod cum ipse ad mœnia urbis Romæ se-
deret, milites sub vexillis in supplementum Hispanie profectos auditivit:
parva autem, quod per eos dies, eum forte agrum, in quo ipse castra
haberet venisse, nihil ob id diminuto pretio. Id verò adèò superbum
atque indignum vixim ejus soli, quod ipse bello captum possideret habe-
retque, inventum Romæ emtorem: ut exemplo vocato præcone ta-
bernas argentarias, quæ circa forum tunc essent, jussit venire. His
motu ad Turiam fluvium castra retulit, &c. Merito quoque Valer.
Maximus Lib. III. cap. 7. num. 10. eos dicit esse certos & secu-
ros de victoria ac re recuperanda, qui integro eam pretio
emunt.*

§. IV.

sp (3) 30

§. IV.

Non solum verò periculum, sed & Spes dicuntur in *Utramque bonis esse, & rebus patrimonii annumerari debent, scil. pe-* ^{*in patrimonio*} *riculum passivè, dum omnia periculis sunt obnoxia, nihil-* ^{*nihil est.*} *que illis vacuum: Spes autem seu commodum activè, dum revera ejus exspectatio in bonis reperitur. Quod pluribus in sequentibus demonstratur sumus.*

§. V.

Meritò itaq; asseritur periculum esse in bonis, ac rem ve- *Periculum rē estimabilem, prouti demonstratur exemplo Asscuratio-* ^{*esse in bonis*} *nis inter Mercatores frequentissimæ, ubi domini mercium ven-* ^{*demonstra-*} *dunt periculum, & Asscurator non restituit omne mercium* ^{*tur exemplo*} *Asscuratio-* ^{*nis,*} *peremptarum damnum & detrimentum, existente nempe pe-* *riculo, sed ibi detrahitur aliquid incertitudini periculi, scil.* *præmium vulgò dictum, quod recipit pro susceptione pericu-* *li mercium alio transvehendarum, ibiq; præmium est estimatio* *periculi ejus quod Asscurator suscepit. Sic si navis mer-* *cibus repleta sit mille florenorum, datur v. gr. centesima usu-* *ra, loco præmii, ibi Asscurator duodecimam partem ex 1000* *capit pro recepto in se periculo, qua estimatio justa est, li-* *cet si navis périrerit 1000, solvere debuisset, cum tantum de-* *trahatur vera estimatio per incertitudinem periculi; quod* *ergo capit, est pretium rei incertæ & dubiæ.*

§. VI.

Hoc etiam satis superq; docet ipsum nostrum Jus Civi- *Et ex Jure* *le, sicuti inter alia apparet ex Responso Scœvola in L. 5. pr. Civil.* *f. d. naut. fæn.* ubi expressis verbis mentio fit pretii periculi,

§. VII.

Præterea quoq; Spes & alea, quod sint in bonis atq; si *Prost Spem* *mul res estimabiles, indicant toti juris textus, in quibus dici-* ^{*esse in bonis*} *tur Spes debitum iti. ex §. sub conditione 4. Inst. d. V. Obl.* Item *probant* *textus Ju-* *in bonis esse. L. in quantitate 73. §. magna 1. ff. ad L. Falcid. L. 42 ris Romani* *pr. d. Obl. & aff. L. 10. & L. conditionalis 54. d. V. S.* Præcipue & idem *verò hoc evincit præsens materia de emtione Spei, utpote nota entio* *eum in emtione necessariò præter pretium etiam merx seu res* ^{*Spei.*} *estimabilis vendenda requiratur, qua in ea est Spes seu alea.*

A 3

De

De qua Emtione Spei in præsens nobis dabitur ansa & facultas pluribus pro ingenii modulo, differendi.

§. VIII.

Emissionis
Spei syno-
ma.

Vocatur emtio Spei, etiam emtio aleæ, sortis, fortunæ, eventus & casus incerti, &c. L.54. d. V.8. Qui enim spem emit, incertum quid emit, tradidit. Borcholt. de V. Obl. cap. 2.n.204 Unde Aristotiles Autore Diogene Laertio aliquando interrogatus, quid sit spes? respondit: vigilantium somnium. Falit enim spes multis modis, etiam sapientissimos. Baldus in tr. Schisnat, quem posuit in rubr. C. si quis aliquem test. prohib. cum lubrica sit, & ab eventu dependeat incerto. Pantschm. 2 quest. 5. n.30.

§. IX.

Eius defini-
tio.

Describi potest, quod sit contractus consensualis, de comodo aliquo, eoq; in eventum aliquem incertum collato pro certo quodam pretio tradendo,

Membrum II.

De

Subiecto seu Personis hunc con- tractum celebrantibus.

§. I.

Emissionem
hanc cele-
brant
omnes.

Ratione subiecti hoc negotium perficiunt omnes, qui alias emere & vendere non prohibentur, i. e. qui contrahendo sese validè obligare possunt; nisi prohibeantur arg. L.28. §.2. ex quibus caus. mai. L.43. §.1. d. procur. L.1. §.1. d. testib. § L.1. §.3. d. patris. Prohibentur vero alii natura, alii lege.

§. II.

Qui non
prohibe-
tur
natura.

Natura prohibentur contrahere, qui consentire non possunt, ut sunt (1) furiosi. L.5. L.40. ff. d. R. J. § L.124. §.1. eod. L.1. §.12. d. Obl. §.12. ait. §.8. Inisti. d. inutil. stipul. (2) Men- te capti. dd. L.1. §.12. d. fidejuss. L.2. C. d. contrah. emt. § vendi. (3) extrémè ebrii. c. sane discimus 7.c.15. quest.1. ca.14. n. de- viti.

• 8 (5) 80

vit. & honest. cleric. Borcholt. d. past. c. 3. n. 13. & seqq. Secus i
eo qui modicè potus est. v. Forster. c. 5. d. past. n. 10. (4) In-
fantes & infantia proximi §. 9. Inst. d. iunctil. stipul. L. 14. d. spon-
sal. L. 1. §. 13. d. Obl. & Act. L. 18. C. de jur. delib. alii; de quibus
passim Dd. ad tit. ff. d. pastis.

§. III.

Lege impediuntur, (1) impubes, non modo qui in pa- Ait lege.
tris est potestate. L. ult. §. 2. d. V. Obl. §. 9. in f. J. d. inutil. stipul.
sed & pupillus infante major, sine Tutoris sui autoritate, qua-
tenus nempe conditionem suam deteriorem redderet. L. 28.
pr. d. past. pr. & f. 1. Inst. d. auctor. Tut. §. 2. Inst. quibus alien. lic. L. 189
d. R. J. L. 43. d. Obl. & Act. L. 8. d. acquir. vel omitt. hered. (2) Pro-
digus L. 28. f. 1. d. past. L. 35. d. jur. jur. L. 6. de V. Obl. Nec filii
familias & servi possunt in parentum & dominorum suorum
exitium contrahere. p. L. 17. f. ult. cum seqq. d. past. L. 3. & 23.
C. eod. L. 3. f. 4. quod quisq; jur. L. 133. d. R. J.

§. IV.

Sic Tutores & Curatores regulariter spem incertam emere & vendere non possunt, arg. L. 22. C. de past. Nisi in notoriā pupilli aut minoris id vergere videant utilitatem. Qui autem vult vendere aleam seu incertum eventū, ille aleam habere debet, i. e. jus capiendi feras, aves, volucres, pisces, exercendi fodinam, dum vel quod ipse suo periculo com- modōe exercere, vel alteri Spem pretio ementi ipsius periculo usum atque utilitatem concedere possit. Nemo enim plus juris in alium transferre valet, quam ipse habet. L. 2. C. de pen. L. 1. C. qui sua jurisd. cap. nemo 79. de R. J. in 6to. Surd. cons. 126. num. 31. L. traditio 20. ff. de acqu. rer. dom. L. si universe 15. C. de legat. Licet ergo in emtione aleae Spes incerta sit, & in alea posita, ipsum tamen jus venandi, aucupii, piscatio- nis, exercendi fodinam, intuitu vendentis certum esse debet.

*An Tutores
& Curato-
res, item qui
alea facul-
tatem & jus
non habent.*

§. V.

Reliqui verò omnes, qui rationis usu non destituuntur. *In Reliquis*
emere & vendere possunt, quoniam consentire, & consen- non appetit
sum signo quadam idoneo declarare valent. Utī Masculi & probabilitio-
scēminæ, L. 6, C. de revocat. donat. Carpzoy, de jure femin. sing.
decad.

decad. 3. pos. 1. num. 16. Paterfamilias & filiusfam. L. 39. d. O. §
A. mutus & surdus. L. 4. §. 1. de pat. L. 48. L. 52. §. p. § f. de
O. § A. Cæcus. L. 9. ff. de adoption. pluresque alii, quos bre-
vitatis studio adducere supersedeo, cumq; hoc notissimum sit.

Membrum III.

De

Objecto, scilicet Spe & re Sperata.

§. I.

Emissio est vel Spei vel rei sperata. Objectum emtionis & venditionis, seu res quæ venuntur vel possunt, hic sunt vel *Spes*, uti aleæ, nudus eventus & auctus, non aliquid reale, quod tamen ex causa præsenti speratur, alias esset phantasia vel somnium; Vel res futura seu *Sperata*, & ita ad eam aliiquid reale, quod adhuc speratur.

§. II.

Hæc omnia ex verbis & mente contrahentium dignoscenda veniunt. Si enim ipse actus capienda vel percipiendi in contractum deducitur, veluti si quis emat jactum retis, seu captum pescium vel avium, item missilium, aut percussionem fructuum, tunc intelligitur emta alca vel *Spes*. L. 8. §. 1. de contrah. emt. Sed quando rei mentio fit, uti si dixerit, emo fructus nascituros, vel seras, aves & pesces, qui capientur secus sece res habet, & est emtio rei sperata. d. L. 8. in pr. Mantic. d. tacit. § ambig. conv. p. 1. Lib. 4. tit. 18. n. 26.

§. III.

Rejicitur sententia distinguendam inter res naturaliter & per accidens existentes, Non ergo præcisè pro eratione rei Speratae habenda illa emtio, cùm res naturaliter saltem extitura venditur: quod si verò per accidens seu apparenter illa talis sit, qua quidem jam in rerum natura est & existit, sed quia de ejus corpore, quantitate & qualitate non constat; perinde est ac si ipsa non extaret, emtio Spei vocanda est. Quoties enim non nudus actus & eventus, sed rei mentio fit, sive naturaliter sive per accidens existit, semper est emtio rei futura seu sperata, non Spei: Et quoties nudus actus, ex quo sive naturaliter

sive

sive per accidentem res sperari potest, in emtionem venit, semper est emtio aleæ seu Spei. Uti in sequentibus prolixius ex allegatis apparebit exemplis. Contrariam hinc fovent sententiam D. Lauterbach, *in compend. jur. p. m.* 301. & D. Strykius *in not. ibid.* Item in *Caut. Contr. sect. 2. cap. 8. §. 9* & qui in eo se fundat, hoc tenetur probare, juxta *L. actor. 23. C. de probat. L.* qui accusare 4. C. d. edendo. Nam qualitas ubi est fundamentum intentionis, debet prius probari. Gloss, *recepta in L. si verò s. f. 1. ff. qui satisd. cog.* Menoch. *conf. 301. n. 10. C de presunt. Lib. 2. quest. 49.* add, Barbosa *in Loc. commun. p. m. 199,* ubi plures refert.

§. IV.

Prioris scil. nudæ aleæ, Spei & cæctus exempla sunt in em- *Exempla*
tione jactus retis à pescatoribus, qui græcis βόος dicitur, vor *emtionis*
den Zug/ & mentio ejus fit in *L. 12. ff. d. act. emt. vend.* ubi Cel- *Spei.*
sus ita inquit: Si jactum retis emero, Et jactare retem pescator, mo-
luit, incertum ejus rei estimandum est, si quod extraxit pescium reddere
mibi noluit: id estimari debet, quod extraxit. Unde & jactus re-
tis in proverbium abiit pro re dubia & mera Spe, quâ ple-
rumque homines decipiuntur, apud Alciat, *de V. S. Lib. IV. p. 102*
Vocatur quoque emtio indaginis seu capturae plagiis positis à
venatore, arg. *L. 11. in f. D. d. a. f. emt.* ubi verba Ulpiani. Vel-
uti cum futurum jactus retis à pescatore enim, aut indaginem plagiis
positis à venatore, vel pantheram ab aucupe. Nam etiam nihil capit,
nihilominus emtio pretium præstare necesse habebit. Item Pantheræ
seu universæ venationis. Alciat, i. parerg. cap. 42, ab aucupe.
d. *L. 11. f. ult. ibique Guil. Budaeus in not.* Ut & emtio facul-
tatis percipiendi fructus nascituros ex certo fundo. ex *L. 66.*
in f. ff. d. jur. dot.

§. V.

Aliud autem est si adjectum sit certæ rei pretium cer- *Quod non*
tum, puta si jactum retis emissum, ita ut in singulos pisces af- *speciat se*
sem solverem, pro numero pescium augebitur pretium, quod certæ rei
si nulli capientur, nec quicquam pretii nomine debebitur: *certum pre-*
tium simul
Hic enim non dubius rei eventus, sed pisces emti sunt, quod *dictum fit.*

B

qui-

quicunque caperentur & extraherentur, singulis assibus comparati sint arg. L.39. §.1. ff. d.contrah.emt.

§. VI.

*Ad emtio-
nem alea
spectat quo-
que reden-
tio metalli-
fodinae.*

Huc quoque commode referri possunt redemtiones metallicæ fodinae portionis adhuc infœcundæ, germ. ein Zubuf: fuß/ ubi revera adest emtio Spei, unde receptus in metallifodina terminus est: Die Grube ist sehr hößlich / i. e. ist gute Hoffnung davon / es wird bald gute Ausbeute sezen. Stryck, in Comment. ad Lauterb. p.m.531. Vel quando Princeps facultatem metalla ex fodinis eruendi, certo quodam pretio interveniente, concedit. Brunem. ad L.8. ff. d.contr.emt. n.7. utpote qui metallifodinarum proventus valde incerti sunt, eorumque cultores maximè Spes alit, quæ efficit, ut profundissimis terræ cavernis impensas credant, quas aut ingenti fœnore reddant, aut cum irreparabili jaatura & detimento consumant. arg. L.22. §.3. C.d.furt. Commodum enim ejus debet esse, cuius est periculum. L. supervacuum 7. C. d. tempor. in integr. restit. L. Julianus 13. §.19. ff. d. act. emt. L.10. D. d. R. J. §.item premium 2. Inſt. d. emt. & vend.

§. VII.

*Item captus
missilium.*

Uti & emtio captus missilium, qui consistit in donariis vel rebus aliis, quæ à Principe aut Magistratu maximè in initio sui officii liberalitatis & largitionis causa in populum spargebantur, ut unusquisque qui eas priùs arriperet, earum fieret dominus. Nov.105. c.2. §.1. & §.45. J. d. R. D. ac non solum nummi spargebantur juxta Martial. Lib.VIII. epigr.78.

Non illi satie est turbato sordidus auro

Hermes & Hesperio, qui sonat orbe Tagus.

Omnis habet sua dona dies, nec linea dives

Cessat, & in populum multa rapina cadit.

Nunc veniunt subitis lajiciva numismata nimbis:

Nunc dat spectatas tessera larga feras,

Nunc implere sinus securos gaudet & absens.

Sortitur dominos, nec laceratur avis.

Quid numerum curris, terdenaq; premia palmæ.

Quæ dare non semper, consul uterq; solet.

Add.

Add. Sueton. in vit. Aug. c.7. Sed & tesserae nummariae Thomasin. d. tesser, hospitale, & Struck, d. antiqu. conviv. lib. I. c.27. quæ erant omni ex parte quadrata figura, certisque punctis notata, quæ quantitatem inter alia nummorum atque argenti designabant, uti ad oculum conspicuntur in nummis Alexandri, Trajani, Decii &c. apud Platinum. Imò quoque frumenta & tesserae frumentariæ, uti ex nummo Nervæ apparet, apud Anton. August. in Antiq. Roman. dial. 2. in cuius aversa parte est modium, frumenti mensura, in quo spicæ frumenti, in medio papaver, titulus est: PLEBEI VRBANAЕ FRVME NTO. CONSTITUTO. & panes. Petit. in Comment. ad LL. Attic. p. 585. Oleum & carnes. Lampad. in vita Severi. Idem in vita Alex. Sever. Vopisc. in vit. Aurelii, nec non vestes. Spartian. in vit. Anton. Carac. Capitolin. in vit. Maccini.

§. VIII.

Posterioris scil. emtionis rei speratae exempla sunt: si *Exempla
emtionis rei
Speratae.*
quis emat pisces capiendos. germ. ungefangene Fische / feras capiendas, item aves, fructus nascituros certo ex fundo, partus ancillarum & foetus animalium, metalla extrahenda ex metallifodina, vel futura missilia. d. L. 8. pr. d. contr. emt. & §. 45. Inst. d. rer. divis. Huc pertinet ludicra illa venditio Augusti, in conviriis ab eo adhibita & usurpata, quæ resertur à Svetonio in vita Augusti. cap. 75. in fin. ibi. Solebat & aqualissimarum rerum sortes & adversas tabularum picturarum in convivio venditare, incertoque casu spem mercantium vel frustrari vel explere, ita ut per singulos lectos licitatio fieret, & seu jactura seu lucrum communicaretur.

§. IX.

Prouti pactum hereditatis alicujus viventis Jure Civili Quod spectat rejectum & improbatum est sub poena amissionis hereditatis; emtio hereditatis futura certi hominis, nisi ille consenserit, inque ea voluntate permanferit. L. fin. C. d. part. ita quoque venditio hereditatis futura tertii certi alterius non valet, quam quatenus ille tertius consensit, & ad ex parte ob improbam mortis captionem & naturalem, quæ alias tremum usque in ea voluntate perseveravit. arg. d. L. f. C. d. adesse

adesse dicitur, turpitudinem, d. L. fin. L.49. §. ult. de donat. L.27
§.1. ad Schum Trebell, L.1. §.21. d. collat. etiamsi mors ejus incer-
ta sit, ac de ea dubitetur, L.4. C. d. postlim. revers. ibique Dn.
Brunnem. Quod autem somniat Tholos. lib.4. syntagm. c.4. n.2.
&c.5. n.14. hunc tertii consensum continere desperationem vi-
tae, & potius poena quam approbatione dignum esse, neq; mi-
nus audiendum esse, tanquam perire volentem. p. L.6. ff. d.
appell. adeò ridiculum est, ut non mereatur responsionem.

§. X.

Dissentien-
tium argu-
menta re-
felliuntur.

Neque dici potest hanc hereditatem deferri pactis, nam
consensus tertii non habet vim ultimæ voluntatis nec here-
ditatem pacientibus tribuit, sed turpitudinem & injustitiam
paeti saltē tollit, & funditus quasi extirpat, multo minus
libera testandi facultas ei adimitur, cum semper prœnitere
possit. d. L. ult. C. de paet. Quatenus autem moribus Germani-
orum hereditas viventis vendi, & ita jus ex hereditate spe-
ratum in alterum transferri possit, pluribus exposuit, Dn.
Stryck. in usu Moderno ad tit. d. paet. §. 13. item ad tit. d. hæred. §.
att. vendit. §. 2.

§. XI.

Hem incerti
hominis,

Incerti autem hominis hereditas sutura rectè venditurs
nihilque præter consensum partium ipsarum hoc negotium
requirit, atque omni modo servandum est, si mihi sortè ob-
tingat hereditas. L.3. §. 2. L.73. ff. pro soc. §. 4. Inst. cod. cap. ne
captandæ, 3. d. concess. præbend. in 6. Brunnen. ad L. fin. C.d.paet.n.8.
Carpzov. p.2. const. 35. def. 17. num. 13. & seqq. ubi præjudicium
allegat. Lauterb. ad ff. d. hæred. vend. Hic enim per naturam
esse nequit turpis & improba mortis cujusdam tertii captatio
, bonisque moribus contraria, dum omnia dubio fortu-
nae eventui committuntur. Hartm. Pistor. p.4. quæst. I. num. 22.
Molina. d. J. & J. tr. 2. disp. 579. n. 38. Carpz. cit. loc. & Guiti-
rez. d. juram. confirm. p. 2. c. 5. num. 4. nec hic de consensu tertii,
qui ignoratur, quæstio esse potest, dum idem est non esse
& non apparere. L.30. d. testam. tutel. L.77. d. contrah. emt.

Mem.

Membrum IV.

De

Effectu emtionis spei & rei
Speratæ.

§. I.

Quoties alea emta, emtio illa pura est, ac pretium de^c betur, quia in effectu ipsa Spes & alea sunt loco rei venditæ, est pura, rei quæ per naturam jam existit & emtionem quasi sustinet. Emtio sicut sperata, autem conditionis, etiam fideliter, etiam conditionalis.
Frantz. ad tit. d. contr. emt. n. 117. vid. Dom. Ferdin. Christoph. Harprecht in Diff. de eo quod justum est circa nivem. th. 9. Quoties vero rei sperata, est conditionalis habetque semper hanc tacitam conditionem adjunctam, si aliquid captum, natum, sparsum vel in lucem editum fuerit. L. 1. in f. d. condit. Et demonstr. L. 73. d. V. O. ubi Paulus ait: *Interdum pura stipulatio ex re ipsa dilationem capit, veluti si id quod in utero sit, aut fructus futuros, aut domini adificari stipulatus sit, tunc enim incipit actio, cum ea per rerum natura praestari potest.* Et.

§. II.

Inde sequitur quod priori casu integrum pretium sit sol- Hinc in emtione Spesi seu justus integrum pretium debetur, et si nihil captum sit, in rete incidenter, aut nulli fructus nati sint. d. L. 8. ff. d. contr. emt. Hilliger. ad Donell. lib. 13. c. 1. lit. G. Molin. d. Just. Et Jur. Tom. 2. tr. 2. D. 340. n. 14. Stephan. Fagundez. d. iustitia lib. 5. c. 24. num. 7. adeoque nec prætextu enormis lassonis succurritur. Sand. Dec. Fris. 4. def. 16. nibil caput, natum. Et Prouti è contrario etiam si captum duplo plus excedat pretium, nihilominus praestare quod captum est vendor cogi- tur. L. 11. §. ult. L. 12. ff. d. act. emt. vend. L. 7. d. hered. Et act. vend.

§. III.

Posteriori casu, si aliquid captum aut natum, integrum pretium debetur: exstat enim conditio & adest res qua ve- neat. d. L. 8. L. 39. d. contrah. emt. Nec ulla sit remissio ob sterilitatem, cum hoc genus venditionis directo referatur & pertineat ad fructus, ac inter Spem & metum, lucri damni,

B 3

que

In emtione rei sperata debetur, si aliquid captum, etiam minimum, alias non;

que emtorem constitutat, quo casu propter incertum contra-
ctus eventum, damnum contingens non debet attendi. L. II.
C. de transact. Maximè cum talis lœsio absque dolo adverfarū
accedat ex re ipfa. Si autem pretium jam solutum sit, & ni-
hil captum aut natum, datur ejus pretii soluti repetitio, sed
queritur qua actione? Alii admittunt actione ex emto. Uti
Harprecht. Borcholt. ad Tit. Inst. d. act. emt. vend. Rectius ve-
rò condicione sine causa, vel causa data causa non secura
repeti posse statuimus, cùm hic emtio sit nulla, & sic defi-
ciat titulus seu causa. Hanc sententiam quoq; tenent Stryck.
in Disp. d. interestē controv. jur. in for. cap. X. §. 10. & Lauterb. in
Colleg. theoretico pract. ad tit. d. contrah. emt. §. 25.

§. IV.

*In utraque specie cessat remedium L. 2. C. de re-
scind. vendit. & restitutio in integrum; quia (1.) lœsio ex fu-
remedium turo eventu deprendens, non parit restitutionem, d. L. 11. C.
L. 2. C. de resc. vendit. de transact. L. 12. C. de inoffic. testam., nec (2.) debent astimari
fructus percepti, sed qui percipi consueverunt. L. 17. C. de
usur. Neque (3.) ad cognoscendum verum pretium lœsio at-
tenditur, quæ ex postfacto contigit, sed & ipsum tempus
contractus inspici debet. L. 3. §. 5. dejur. fisc. L. 8. in f. C. de re-
scind. vend. Mantic. de tac. & ambig. conv. Lib. IV. tit. 18. num. 17.
Imò (4.) tale factum quod ab initio ad lucrum & damnum
peræquè habere se potest, licet postea damnosum apparere
incipiat, non parit beneficium L. 2. C. de rescind. vendit. Coth-
man. cons. 30. n. 284. & (5.) nemo videtur iedi, ubi fortuiti
casus, & par utraque in parte est ratio. Cravett. cons. 589. n.
2. Si enim spes deficit & fallatur sibi debet imputare, quod
Spem magni sed incerti commodi, lucro parvo sed certo
anteposuerit; poterat enim rem certam suo consequi pretio,
sed maluit ex eventu pendere. Et ita diversa mente fuit à
Sannione apud Terent. in adelph. act. 2. scen. 2. vñ. 11. p. m. 172.
Ego, dum inquit, spem pretio non emo. Unde tritum illud & com-
mune Germanorum ortum dicterium: Nach einem Sper-
ling verwerffe ich kein Ey. Es ist besser ein Sperling in
der Faust als ein Branich auf dem Dach.*

§. V.

Præterea in foro conscientia hoc quoque justum esse *Eiam se-
afferimus; quoniam Leges civiles per indirectum seu vi cundum
præcepti divini, quo Magistratui ejusque legibus obedien-
tiam, tutam reddunt conscientiam.* Juxta monitum Apo-
stoli Pauli ad Rom. cap. XIII. v. 1. & seqq. Nulla est potestas, nul-
lus Magistratus, nisi à DEO, qui verò Magistratui resipit, ordina-
tioni divine repugnat can. qui resipit. C. II. q. 3. Inde si secundum
præceptum ac voluntatem Numinis Summi nos iis subjicia-
mus, & morem geramus, ut amurque beneficiis Juris ab iis
concessis, tranquillam reddimus conscientiam. Add. Fagan-
dez. de I. §. J. Lib. 5. cap. 24. num. 7.

Quare cum in emtione Spei magnum lucrum in unum, *Cautela'*
in alterum verò insigne damnum redundare possit, non imu-
tamen est,
tibile erit, ut partes sibi consulant pactis in casum gravioris
fibi consule-
damni. Pacta enim dant legem contractui, juxta vulgatis-
re pactis in
casum gra-
vissimam juris regulam in L. 7. §. 5. ff. de pact. Alioquin notum vioris da-
est quod lesio ex futuro eventu dependens restitucionem non mni.
mereatur. d. L. 11. C. de transact. L. 12. C. de inoffic. testam. Uti
è contra in emtione rei Speratae nimium lœdi posset emitor,
si aliqui fructus nati essent, sed admodum rari, dum ad pre-
tium obligaretur integrum, benè ergò sibi prospiciet pacto,
de diminuendo pretio, si fructus dimidiam partem non a-
quaverint, e.g. Er verspreche vor dem Zuwachs fünftiges Jahres
aus seinem Weinberge 200. Rthlr. zu geben / sollte aber über Ver-
hofften so viel Wein nicht gewonnen werden / welcher die Helfste
des pretii erreichte / soll darvon so viel abgehen/ als der Wein un-
ter die Helfste wohrt ist. Stryk. in Caut. Contr. Sect. 2. cap. 8. num.
9. § 10.

Longè aliter verò res sese habet, si certa quantitas fru- *Aliud est fi-*
ctuum emta, vel pretium ad quantitatem sic constitutum, certa quan-
v. gr. emo decem modios frumenti ex fundo Corneliano; *titas frumenti*
enim pretium saltem debetur pro quantitate nata, unde si tunc ad
non decem, sed quatuor ibi nati fuerint, non debetur to- *entia, & pre-*
tum *quantitatem*
constitutum.

cum premium pro decem, sed saltem pro quatuor. L. 39. §. 1.
de contrah. emt. Similis casus est in L. 83. §. 5. D. de V.O. ubi
Paulus ait: Si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras vini, expe-
ctare debeo, donec nascatur, & si natum sine culpa promissoris consumptum
sit, rursum exspectare debeam, donec iterum nascatur, & dari possit.
Add. L. si quis argentum 35. C. de donat. L. cotem 11. §. 5. ff. de public.
& vestigial, ibique Bartol. n. 9.

§. VIII.

*Item si do-
lus concur-
rat,*

Quoties autem venditor sciens & dolosè fessellit emto-
rem premium in emtione aleæ non debetur, quia dolo fecit,
qui dolus nemini patrocinari dabit, arg. L. 12. ff. de dol. mal.
L. 3. ff. de transact. L. 69. de rei vind. L. pen. in f. D. solut. matrim.
& tenetur ad interesse ejus, quod verisimiliter capi vel na-
scii potuisse, L. 11. in f. de act. emt. & vend. L. 21. ff. eod. Uti si
jaclum retis ignorantii vendiderit, sciens in loco illo nullos
pisces capi posse, idque dissimulaverit, aut jus & facultatem
perciendi partus nascituros ex ancilla vendiderit, de qua
compertum habet sterilem eam esse, vel majorem quinqua-
ginta annis, qui est casus. d. L. 21. ff. de act. emt. & vend. Do-
lus quoque est, si vendam pisces capturos, & cum à me re-
te traheretur, jam scio nihil exceptum suisse piscium.

§. IX.

*Quid si pi-
scator jacta-
re rete no-
lit, an ad
pisces tra-
dendos te-
neatur?*

Quid si autem jactare rete venditor seu piscator nolue-
rit, an ad pisces præcisè tenetur præstandos? & quot? Resp.
sive emtio aleæ & jactus sit, sive rei Speratae, uti piscium ca-
piendorum, non tenetur præcisè adtradendum. Priori enim
casu est emtio actus seu facti, scilicet jactus: In facti autem obliga-
tione præstando interesse quis liberatur. L. 13. §. 1. ff. de re iudic.
cum ad factum nemo cogi possit. L. Stipulationes 72. ff. de V.O. Diss.
Huber. in Eumom. Rom. p. 659. Posteriori casu est quidem res
in obligatione, sed talis quam ipse venditor nondum habet,
sed saltem sperat. Unde incertum ejus rei aestimandum esse,
vult Celsus in L. 12. ff. de act. emt. & vend. quod non ita intelli-
gendum est, quasi summa infinitæ & pretii incredibilis aesti-
matio fieri possit, sed piscium habebitur ratio, & relatione
ad id facta, quod piscando sapienter accidit, idque boni viri seu
judicis

judicis arbitratu, cùm quæ raro accidunt Leges non attendunt. L. 3. ff. de Legibus. L. 4. L. 5. L. 6. & L. 10. in f. D. eod. nec ea sed quæ plerumque sunt in negotiis agendis computantur. dd. LLbus cum L. 64. de R. J. & Nov. 94. c. 2. L. 114. d. R. J. Neque huic obstat L. 29. §. 3. ad L. Aquil. ubi damnum restium ruptorum aestimatur, non amissæ piscium capturæ. Nam Resp. ibi non agitur de ipsa capture piscium alteri promissa, & per ipsum promittentem impedita, uti in præsenti casu.

f. X.

Aliud tamen dicendum est, si pescator rete jactaverit, *Quid si ja-*
sed pisces captos præfracte tradere nolit. Sic enim pisces *taverit,*
extracti aestimantur, ac eorum aestimatio & ita interesse de- *sed pisces ca-*
bebitur, cuius aestimatio in hoc casu promptior & liquidior est, *ptos tradere*
nolit.
quam in priori casu, modo ipsa alea seu jactus emtus sit, quæ
obligatio facta est. L. 12. ff. de act. emt. Sand. Lib. 3. dec. frif. tit. 4.
def. 16. Si enim ipsæ res futuræ, uti pisces capiendi emti
sunt, non putarem pescatores, pisibus extractis, præ-
stando interesse absolvi debere, sed peti possunt judicio pi-
scis, cùm vendor præcisè teneatur ad rem venditam tra-
dendam, quales res venditæ hinc sunt pisces, qui jam certi &
extracti sunt. L. 11. §. 2. L. 25. L. 46. L. 50. ff. de act. emt. vend.
Nisi forte emtor consentiat, & aestimationem ejus, quod ex-
tractum petat, arg. L. 34. C. de transact. uti in præsenti casu
facillime consenfurus erit in aestimationem, dum in hac em-
tione stulto stultior esset, si præcisè pisces vivos judicio pe-
tere velit, contendereq; ut tradantur, cum medio tempore
pisces extracti perituri & putredinem contraacturi sint, uti de
carnibus ob eandem rationem dicitur in L. 10. C. de act. emt. &
in aliis rebus, quæ servando servari nequeunt, secundum L.
21. §. 3. ff. de act. emt. vend. Eleganter Cabot. Lib. 2. diff. cap. 24.
Cum usus civiliter nullus in judiciali contentione sit super
traditione corporali specifica rerum, quæ servando servari
non possunt. cit. LLbus.

f. XI.

Si tamen tradiderit, ad evictionem præstandam non ob- *Evitio bi-*
liga- *cessat.*

ligabitur venditor, cùm in hoc genere emtionis non habeatur respectus ad aliud, quàm ad ipsam Spem simpliciter. Baldus ad L. 3. C. de donat, accedunt sequentes rationes, quia (1.) non videtur captum quod retineri non potuit, & (2.) emit quicquid caperetur, ergò id cum sua causa fiet ejus, ut quale, quale sit, tale sibi habeat, si obnoxium Evinctioni & ipsum illud Evincenti dare cogetur; nec poterit (3.) de eo venditorem appellare, qui non videtur cepisse, nisi quod ita ceperit, ut luum posset facere, nec ultra tenetur, quam ut rete jaceat, aut excipiendis missilibus non defunctione sed pro sua virili navet suam operam.

Membrum V.

De

Continens explicationem casus, si in emtione jactus retis, non pisces, sed aliud quid pretiosum inciderit.

s. I.

Celebris illa hoc loco movenda est disceptatio, quid statuendum veniat, si aliud quid pretiosum præter pisces ex casus hujus tractum sit, quæ jam olim agitata fuit inter Piscatores Milembrivi, & exemplis declaratur. statuendum veniat, si aliud quid pretiosum præter pisces ex casus hujus tractum sit, quæ jam olim agitata fuit inter Piscatores Milembrivi, & jactus retis emtores, qui extractam tragulâ pectoriori mensim auream suam esse oportere ex legi emtionum contendebant, cùm è contra exciperent pescatores, non de auro sed de piscibus, qui extraherentur, conventum fuisse, ergò ad se hoc inventum pertinere. Cujus rei duo exempla referuntur, primum occurrit apud Valer. Maxim. Lib. IV. cap. 1. in exteris, his verbis: *A pectorib[us] in Milesea regione verriculum trahentibus, quidam jactus emerat: extracta deinde magni ponderis aurea delphica mensa, orta controversia est, illis pesciū se capturam vendidisse affirmantibus, hoc fortune ductus emisse dicente. Secundum placuit consensu populi Apollinem Delphicum deferre, qui respondit illi esse dandam, qui sapientia ceteros præstaret. Secundum priori non absi-*

absimile refert Suetonius Lib. de Clar. Rhetor. cap. 1. in f. ubi ita tradidit: *A*ffixo tempore adolescentes Urbani cum osiam venissent litus ingressi, pescatores trabentes reta adierunt, & pepigerunt, bolum quanti emerent, nummos solverunt, diu expectaverant, dum retia extisherentur: aliquando extractis, piscis nullus infuit, sed sporta auri obsuta. *T*um emtores bolum suum, pescatores ut venditores suum. Hanc controversiam ex veritate & re, quae recens accidisset è medio foro in scholam traductam esse & ibi saepius agitataam scribit Suetonius alleg. loc. sed quod in ea judicatum sicco transit pede. Interim ridiculum fuit Apollinis Delphici oraculum, qui controversum tripodem neutri, sed sapientissimo adjudicavit. Unde Thaleti mensam dederunt, ille contra cessit Bianthi, Bias Pitaco, hicque aliis, sicut deniq; per septem sapientum ordinem, ad Solonem ultimo perveniret loco, qui neminem nisi Deum sapientem esse ratus, Apollini consecravit. Et si dicendum quod res est, haec oracula deciso non obscurè redolet Sacerdotum astutam avaritiam, qua sibi tam pulchram prædam conciliare studebant, dum sciebant, nullum mortalium sibi Sapientiae principis titulum arrogaturum.

J. II.

Hic ergo Rhodus, hic saltus. Cum autem variae præ- Ordo fra-
senti in casu sint Doctorum sententiae ordine ut proceda- *B*andoru*m*
mus: Primo loco contrarias recensebimus opiniones, dein-
de veram demonstrabimus decisionem, & postremum ad Dis-
sentientium argumenta & objectiones respondebimus.

J. III.

Inter illos qui emtoribus extractum adjudicant primas Argumenta
occupant sedes Diod. Tuldenus in Cod. de contrah. emt. in fin. & erorum, qui
Vigilius cent. 1. resp. 47. Videntur illi seducti sequentibus ra- illud emtori-
tionibus, quod (1.) nihil Speciale dictum appareat de pisci- bus adjudi-
bus, neque eorum nominatim facta sit mentio, sed quod so- cant.
lum bolum emerint, indeque omnem aleam & fortunæ even-
tum (2.) Exemplum esse in emtione missilium, ubi & aliarum
rerum, quam pecuniaæ Spes fiat, adeoque in illa etiam debi-
ri vestimenta, pisces &c, si jacta & sparsa fuerint. (3.) Non
C 2 ratum

rarum esse, ut cum in mari piscamur, aliud extrahatur quam
pisces, siquidem ea dicitur opulentia maris esse, ut etiam
terram superare videatur, & ut nihil tam capax fortitorum
sit, quam mare.

§. IV.

*Refertur
Dn. Pagen-
stecheri sen-
tentia.*

Dom. Pagenstecherus in *sicilim. manip. 2. p m. 194.* in ea est
sententia, quod pro dimidia parte ad maris seu fluminis Domi-
num pertinere debeat, quoniam se in istar thesauri in alieno
non data opera reperti habeat, sed altera dimidia pertineat
ad emtorem, tum quia omne rei venditae commodum seu ja-
etus ad eum pertinet, tum quia piscatorum auxilio & ministe-
rio ipse quasi invenit.

§. V.

*Argumenta
eorum, qui
venditori-
bus.*

Alli vendori eo casu permanere autemant, inter quos
agmen ducunt Cujacius ad tit. *C. d. sent. que pro eo Sc. Zoë-*
fus. ad tit. d. contrab. emt. n.26. quod non captum omnium re-
rum indefinite sed piscium saltēm vendiderint, idque maxi-
mè ex pretiā quantitate estimari posse, quæ pro moderato-
ac veluti quotidiano modo finiri solet, non etiam contempla-
tione aliarum rerum; Si enim de aliis etiam cogitassent, ma-
jus pretium constituissent, nec aliter cogitasse emtores qui ad
piscatores accedunt. Verba etiam contrahentium de iis ac-
cipienda esse, de quibus credibile est inter partes suisse actum.
arg. *L. f. in pr. C. d. contr. S. comitt. stipul. L. 18. §. 6. d. V. O.* Un-
de si nec jactare voluiscent piscatores neutiquam emtores pe-
tere potuissest estimationera summa infinitæ pretiique in-
estimabilis, quia potuit aurum vel aliud quoddam pretiosum
incidere, sed piscium solum habita suisset estimatio, facta
ad id relatione, quod piscando sèpius accidit. cit. *L. 10. de
L. libu. vid. sup. §. 10. prior. memb.* adeoque quod ultra pisces
extractum est, ex conventione emtores peti non posse.

§. VI.

*Vera sen-
tentia de-
monstratur
distinguen-
do, inter*

Nos pace summorum Jure Consultorum distingendum
putamus, aut earum rerum pretiosarum, quæ præter pisces
(si Diis placet) extractæ sunt, Dominus apparat, & eo casu
neque

neque eas fieri emitorum neque venditorum, sed pristino Do-
mino restituendas existimamus, quod contingere & usu ve-
re potest in rebus tempore naufragii levandæ navis cauſa pare', que
ejectis, quæ non eo animo projiciuntur, ut eas pro derelicto
habent, sed ut levata nave, maris periculum effugiant. Per-
mini.

inde igitur hoc est, acsi quis onere pressus, in viam rem ab-
jecerit, mox cum aliis reversurus ut illam austeraſ. L. 8. ff. ad
L. Rhod. Quapropter eas pristinorum dominorum permanere
recte concludit Justinianus in §. 27. J. d. R. D. cum Gajo in
L. 9. f. ult. d. A. R. D. & Paulo in L. 2. in f. ad L. Rhod. L. 21. §. 1.
d. acquir. posſſi. L. 58. b.t. Ita ut citra crimen furti ea à nemini
ne retineri poſſunt. L. 43. §. pen. ff. d. furt. quippe cum omnes
ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omni-
bus pertinere. L. ult. C. unde vi.

f. VII.

Quodſi autem dominum non habeant, ut lapilli, marga- *Et quorū*
rita, gemmæ, conchæ, ceteraq; quæ in mari aut littore ma- *non apparet*
ris nata, nec ab alio ante occupata, reperiuntur. L. 3. ff. d. *dominus, aut*
R. D. L. 1. f. 1. d. acqu. posſeffi, vel etiam dominus earum non ap- *nullius ſent,*
pareat, uti in aliis rebus caſu deperditis & extractis, cum *que preſenti*
idem ſit in jure, non eſſe dominum & non appare. L. 30. ff. *caſu ad alios*
d. teſtam. tutel. L. 77. D. d. contr. emt. Surd. Dec. 149. n. 2. & conſ. *inventores,*
245. n. 13. illæ res ad ſolos inventores pertinebunt. Quid enim *qui extra-*
notius eſt, quam res nullius cedere occupanti & inventori, *tinent, five*
arg. f. 12. J. d. R. D. & L. 3. pr. ff. d. A. R. D. Quicunque ergo hic *ili ſunt em-*
illi ſunt qui ceperunt, five ipsi venditores ſeu pifcatores qui *tore five*
rete extraxerunt, ſeu emtores ipsi extraxerint, illi has res *venditores, five*
ſibi vindicari poſſunt, non ex contraſtu emtions aut vendi- *sive alii.*
tionis, cum neuter contrahentium de his rebus pretiosis, ſed
utque de pifcibus cogitarit: In omni autem contraſtu re-
ſpici debet ad mentem contrahentium. Nam mens eſt po-
tentior verbiſ. Ex text. in L. 7. in f. D. d. ſuppel. lega. L. 6. §. 1. d.
V. S. fed quia nullius ſunt, quæ primo occupanti cedunt.
d. LL. quam ſententiam & ampleſlitur Brunnem, ad L. 8.

ff. d. contr. emt. n.10. Exceptio tamen esset, si aperte aliud dictum sit, quo casu pacta dabunt legem contractui. L.7. §.5. d.pact. §. VIII.

*Quid pra-
xi Germa-
nia obti-
neat?*

Usu totius ferè Germaniae generali, quo omnia adespota seu hero carentia sibi fiscus adscribit, & inter regalia referuntur jus occupandi res vacuas, hæc inventa fisci & regalia quin sint, nullum remanet dubium. 2. *feud.* 56. vid. Dom. Coccoj. in *jur. publ.* cap. XXIII. §.49. Stypman. de *jur. maritim.* p.2. c. 4. Schultz ad §. 18. J. d. R. D. indeq; à Principis liberalitate hic exspectandum, an inventoribus restituere, aut alio convertere, aut aliis donare velit.

§. IX.

*Refelluntur
argumenta
eorum, qui
emtoribus
addicunt.*

Quod autem argumenta eorum attinet, qui eas res emtoribus addicunt, illa non sufficiunt. Non enim aliter cogitatum fuit ab emtoribus, cum ad pescatores & jaustum retis se conferrent, quam de piscibus, nec jaustum retis seu bolus alterius rei causa fieri solet, quam ut pisces capiantur, non ut præter pisces alia res extraherentur. Et licet aleam & spem emerint, indeque incertum quid, id tamen saltem verum est, quantum ad pisces attinet. Neque ab emtione missilium, quibus emtis & alia res jausta ut vestimenta, carnes &c. emtori debentur, argumentum validum desumi potest, cum voce missilium per tradita in §.45. *Inst. d. R. D.* & supr. membr. III. §.7. non solum nummi, sed etiam vestimenta, carnes & similia veniant, que sc̄opissimè in populum spargebantur, adeo solitis, simul cogitasse censendus sit. add. Cic. lib.2. *Offic. cap.* 16. Secus ac in bolo, ubi de pisibus unicè inter utrosque actum & cogitatum fuit. Nihil præterea ad rem facit argumentum ab opulentia maris desumptum: cum enim emtores hic celebrant emtionem cum pescatoribus, quorum est pisces solummodò extrahere, quod ex ipsa voce pescatorum apparet, de nulla alia opulentia maris, quam qua pisces secum fert, eos cogitasse, quis non videt? ne dicam illam rationem minimè quadrare, quoties in flumine tale extractum fuerit, in quo hæc opulentia cessat.

§. X.

§. X.

Ad rationes Excellentissimi Dom: Pagenstecheri, pace *Reffonde-*
hujus summi J.Cti, respondemus, non posse has res extractas tur ad argu-
nomine thesauri venire, indeque nec dividi carum dimidium *menta Dn.*
inter maris seu fluminis Dominum & inter inventorem, cum *Pagenste-*
hic nulla sit depositio vetus rei, cuius non extat memoria, *cheri.*
prouti tamen definitur thesaurus in L. 31. §. I. d. A.R.D. L. unic.
C. d. thesaur. Sed res extracta vel erunt res perperdite, vel
tales, quas mare secum fert. v. gr. lapilli, gemmæ, margari-
tæ, conchæ &c. Nec in toto jure thesauri mentio fit, nisi
eius qui in fundo seu terra invenitur, ut taceam thesaurum
a domino abscondi tempore periculi instantis, ex necessitate
custodiæ causa & spe recuperandi. Gieseber. in Justin. Har-
mon. ad §. 39. J. d. rer. divis. n. 1674. Unde nemo sanus in mari
abscondet, ubi nulla aut saltæ difficillima recuperandi Spes
est: nec reperimus in jure nostro in inventione rerum, quæ
nullius sunt, extra thesaurum, domini soli seu loci, ubi res
inventa est, habitam fuisse rationem, sed Leges totam eam
inventori adjudicant, eum in thesauro loci domini habeatur
ratio, ex speciali ratione, quod præsumtio sit eam rem a Ma-
joribus & ejus loci dominis absconditam fuisse, dum nemo fa-
cile, nisi in suo thesaurum abscondere solet. Quod autem
addit Dom. Pagenstecherus emtores ministerio pescatorum
invenisse, indeque dimidium ad emtores pertinere, non fa-
cilit, cum emtores, ut scipi monitum, de his rebus non
cogitarint, nec appareat utrumque consensu, quod opera &
ministerio pescatorum, ad alias res, præter pisces, extrahendas,
uti voluerint,

§. XI.

Denique rationes pro vendoribus ita comparatae sunt, *Item eorum,*
ut evincant eas ad emtores quæ emtores iactus neutiquam *qui pro*
pertinere, & haec tenus bene! sed inde minimè fuit illas ad *venditori-*
venditores quæ venditores pertinere. Non enim in his rebus, *bus respon-*
præter pisces extractis, contractus emtionis & venditionis est *dent,*
inspiciebundus, ex quo neq; ad emtores, neque ad venditores
pertinebunt, utpote qui de pisibus cogitarunt, non aliis re-
bus,

bus, sed non attentò planè contractu, inventoris ratio habenda, eique illa jure inventionis & occupationis res vacuas adjudicandæ sunt. §. item ea 18. Inst. d. rer. divis. ibi: jure naturali statim inventoris sunt, quo ipso nihil video manifestius.

Membrum VI. & ultimum.

Affinia quædam exhibens.

§. I.

De fructibus in herbis venditis die Saat.

Sed antequam vela contraham & colophonem huic disputationiuncula addam, paucis adhuc delineabo affinia emtionis spei & rei speratae: non absimilis huic contractui emtionis & venditionis est, quando non fructus sperati seu planè futuri, sed fructus in herbis (die Saat) venditi sunt, qualis emtio Jure Romano non prohibita, sed permitta legitur. L. 8. L. 78. §. 3. ff. d. contrah. emt. & L. 25. d. alt. emt. vend. §. 3. Inst. cod. Verum cum hæ emtiones sint captiosæ & agricolaram simplicitati graves, quibus non expedit experiri casus fortuitos ab hominum insidiis, sed hi potius Spes suas debeant à Divina providentia & benedictione suspendere, neque se præbere infidis monopoliarum & vulpium frumentariorum, germeren Kern Wölffen / hinc plerique populi prohibuerunt venditionem frumentorum in herbis. vid. Zyp. Not. Belgic. tit. d. emt. § amona. Haselm. Cod. Belgic. in verb. Koorn. Neoflad. lib. I. Supr. Cur. decis. 61. in fin. Molin. d. usur. n. 470. Sand. lib. 3. Decisi. Frisic. 4. def. 7.

Qualis emtio Constitutionibus Imperii probata.

Constitutionibus quoque Imperii occursum hac in parte malitia mercatorum, ut non aliter subsistat hic contractus, quam si justum illius temporis pretium solvatur per Ordinat. Politic. d. anno 1548. tit. von Verkauffung der Früchte auf dem Felde. Idque postea clariss expositum in reformat. Politic. de anno 1577. tit. 19. ubi quidem conceditur facultas agricolis in futuram messem credendi pecuniam sed sub hac restrictione; Jedoch das dasjenige vorlehn oder zuvor ausgeben andern und

und mehrers nicht / als auff den Schlag und gemeinen Kauff was
nemlich der Wein oder Getreyde zu der Zeit des contracts oder
über 14. Tage/ die nechst nach dem Herbst oder Erndte gelten wird/
beschehen. Ratio optima est: cum sic cesset latio , dum pre-
tium illius temporis , wie das Korn Marckgängig ist / recipit
agricola. Imò hoc legibus Longobardicis convenire probat
Schilter, Exerc. 30. ad ff.

§. III.

Aliæ tamen emtiones & venditiones , ut butiri , casei
nondum nati , & hodie inter mercatores frequentata vendi-
tio , des noch nicht abgebrannten Grönlandischen Speck-Trahns/ *Valet ta-*
noch nicht gefangener Fische/ certa die , pro certo pretio tra- *men emtio*
dendi (auff Lieferung verkauffen / vulgo dicitur) in Germania *in reliquo*
prohibita non sunt , sed valent , ibique ex natura emtione *rebus auff*
res decidenda venit , teneturque vendor ad rem præcisè tra-
dendam , destinato tempore pro pretio convento , sin minus
obligatur ut interesse solvat ; soletque ad majorem cautelam
emtor pro singulis tonnis , certam quantitatem venditori præ-
numerare (vulgo premie dicitur) cuius effectus est , ut emtor
quidem cum dilpendio dei premie ab emtione recedere possit ,
at vendor præcisè ad tradendum & contractum servandum
obligetur , cuius intuitu valet contractus , zum festen Kauff.
Interesse autem illud solvendum , quod emtors interest , suo
tempore non esse præstatam mercem . Brunnem. ad L. 3. d.
condit. tritic. in fin. & ita tempus moræ erit tempus à quo , & rei
judicandæ tempus seu terminus ad quem . L. 3. §. 2. ff. commodat.
ut attendatur tempus intermedium à mora commissa , usque
ad tempus sententiae proferendæ , & quanti interea plurimi
valuerit. Confer : L. vinum 22. ff. d. reb. credit. Nisi dolus em-
tors concurrat , quod contingit si solus jam certo sciverit ,
nihil aut exiguum captum esse , & quod vendor propterea
mercem præstare non possit , sed estimationem longè plus
justo pretio naturalem mercium valorem excedentem solu-
turus sit ; hujus sua scientia dissimulatio cum damno alterius
contrahentium conjuncta ad dolum accedit . L. 12. d. heredit. *vel*

D

vel act. vendit, nec bonæ fidei convenit, horum cognitionem
venditorem obscurare. L. 43, §. 2. de contr. emt.

*Recessibus
tamen Han-
seaticis pro-
hibita est &
quare?*

§. IV.

Et ob hunc dolum mercatorum & quod lucrum inhian-
tes, sub hoc contractu scipiis aliis non leve inferant dam-
num, tales emtiones commercii communis causa in Reces-
sibus Hanseaticis prohibitas esse reperimus, dum inquiunt:
*Nemo emet aut vendet baleces, antequam captura sit perfecta, nec
frumenta ante messem, pannum aut alia artificialia manufactionis, prius-
quam fuerint confecta & absoluta, si quis contra hoc quid tentet, tunc
emtor perdet bona cuncta: venditor autem 10. marcas argenti pro mul-
ta solvet; qui talenm contractum nullitatis arguet, ille sextam partem
ex his bonis confundandis pro premio accipiet.* Recessus Hanseatic.
d. anno 1447. art. 9. & alibi apud Joh. Angel. à Werdenhagen
p. 4. rerumpubl. Hanseatic. cap. II. & Marquard. de jure mercat. lib. II.
cap. 5. num. 13.

§. V.

Epilogus.

Hæc sunt C. L. quæ ratione instituti disserere volui, nam
plura de hac materia in medium proferre tempus & occasio
præsens prohibent. Illi verò, qui omnia gubernat & mode-
ratur, & in quem Spem & fiduciam nostram merito colloca-
re debemus, grates persolvo dignas, pro auxilio haec tenus in
studiosis mihi præstito; Ille porro conatus secundet meos, ut
principue in Nominis sui sanctissimi gloriam, & proximi ver-
gant utilitatem, tanquam studiorum scopum &

F I N E M.



COROLLARIA.

I.

Jus venandi cuique jure Gentium permittitur.

II.

*Emtor quoque gaudet remedio L. 2. C. de re-
scind. vend.*

III.

III.

Si in ementis vel venditis arbitrium collata pretii determinatio, emtio nulla est.

IV.

Vendor si facultatem habet rei tradendæ, præcisè ad id cogi potest.

V.

Jus accrescendi non transit in emtorem hereditatis.

VI.

Usuræ legitimæ omni jure licitæ.

VII.

Usuras usurarum exigere non licet, L. 28, C. de usur.

VIII.

Inter verbis conjundos non est locus juri accrescendi.

IX.

Coecus judex dari potest.

X.

Duo non possunt unam eandemque rem in solidum possidere.

SPES hominum, res una prope est miranda cuivis:
Illane sola potest facere & servare beatum?
Sunt, qui SPE ludunt, sunt, qui formidine nulla
Imbuti tractant animo gustantque futura.
Si maris extremos, Indos, Serésque, Arabasque
Quis peteret, plausus, & amicos donaque cunctūm

Spera-

Speraret? minimè puto, sunt tristesque molestique
 Et dubii casus, cupiat Speretve secundos?
 Tune vides melius? SPES Te quoque lactat inanis?
 SPES emis an pretio? tantum, quæ jura supersint
 EMTORI REI SPERATÆ, differis, æqui
 Ac justi sapiens, quid non Speremus AMICE,
 SPES vult atque jubet te Sperare secunda.
 I nunc & ceram, marmor vetus, aeraque & artes
 Suspice Majorum, Tibi sunt exempla PARENTIS;
 SPES jubeat Deus esse ratas, Tibi temperet horas
 Ut VIR evadas, clarus virtute VIRORUM.

Hilfe Doßiff. equè ac Nobiliss. Dn. Gode-
 fredo Wal^m MANNO, amico suo haud
 vulgari amore prosequendo prospera quæ-
 que vorere voluit

H. Alers, LL. St.

SONNET.

Dⁱch ist der Klugen Ahrt: Sie glauben was sie schauen;
 Die leere Hoffnung wird von ihnen nur verlacht/
 Weil sie schon manchem hat groß Unlust eh' gemacht.
 Doch viele / die sonst klug/ hierin sich woll verhauen/
 Die dem das nicht gewiss in guter Hoffnung trauen/
 Bis sie der Ausgang hat in Kummermüß gebracht:
 Denn folgt das Neue Wort: Das hätt ich nicht gedacht.
 Sein Fleiß den Eh' jetzt zeigt/ scheint/ wehrter KRISTUS/
 zu bauen
 Auß blosser Hoffnungs-Sand. Doch mein: Er gründt
 vielmehr
 Gest und gewiss darauff, daß KR zu GOTTES Ehr'
 Einst will durch seinen Dienst das Vaterland erfreuen.
 Fahr' KR nur immer fort zu geh'n der Tugend Bahn/
 Und umb die Wissenschaft zu handeln/wie KR kan:
 Der BAUSS soll/ kan/ und wird ZH warlich nie Ge-
 reuen.

Johann Georg Zierenberg/
 Politior, Lit. & LL. Stud.

Bremen, Diss., 1640-1714



f

sb.

WDA

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Pr. 17. num. 7. 1712, 1.

DISSESTITO JURIDICA
VALEDICTORIA,
DE
EMTIONE SPEI
&
REI SPERATÆ,
Quam
TRIADIS Auxilio
sub
Moderamine ac Præsidio
VIRI Nobilissimi, Consultissimi atque Celeberrimi
DOM. CASPARI à RHEDEN,

J. U. D. ejusdem Facultatis Professoris P.
Præceptoris sui ad cineres usque
colendi,

[publicè exhibit

GODEFRIDUS WOLPMAN,
Bremenus,
Auth. & Respond.

H. L. Q. C.

A. C. M. DCCXII. die XIX. Martii.

B R E M A E,

Typis HERMANNI & BERTHOLDI BRAUERI, Illustris
Gymnasii Typogr.

KENFRIED
UNIVERS.
ZVHALLE

